

## Le livre des serfs de Marmoutier, Appendix, Nr. 23

Pateat successoribus nostris, Majoris scilicet hujus Monasterii Sancti Martini habitatoribus post nos futuris, militem quendam, nomine Odonem de Fonte, donasse Sancto Martino et nobis, sub regimine nunc agentibus domini abbatis Bartholomei, anno ab incarnatione Domini M LX IIII, servum quendam, nomine Rainaldum. Quem postea calumniatus est nobis supra memorati Odionis frater, Simon nomine, pro eo quod non auctorizaverat. Tamen aliquando pro guerpitione istius calumniae accepit a nobis per manum scilicet Johannis Langobardi monachi nostri solidos V, participato sibi loci hujus benefacto. Eandemque guerpitionem integre et perpetuo fecit, una cum Fulcherio nepote suo. Testibus istis: Girardo et Germundo presbiteris, Rainerio preposito, Giraldo sagittario, Odone senescalco, Hugone Grangia, Alberto Loripede de Castro Duni, Galterio Piello, Guarino de Villa Lenda, Galterio presbitero.